



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Consideratio II. In quibus natura repræsentet æternitatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

Altera mare salum, insanum intrinseabile morueras, & ecce illud *Altera* tibi mari mortuo miser corditer conmutavit, utinam per mare *Altera* mortuum ad terram viventium valeas pertransire. Comparat hic scriptor omnia hujus vitæ ad verum mari mortuo, æterna verò supplicia mari sallo & intrinseabili. Nemo utrumque evadit, aut hoc aut illud navigandum est. Quid agis, o homo, (exclamat D. Chrysostomus) cælum paras ascendere, & interrogas ne qua tibi difficultas occurrat. Quidquid faciamus, hoc mare mortuū transcendum est, penes nos est an in tranquillū portū beatitudinis appellere velimus. Fons sapientie, verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata æterna. Per mare hoc mortuum, in regionem vivorum, si alia non pater, quā viam datorum Dei. Oraculum, liquidissimum habemus: Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Per hos fines aditur Aeternitas. Quod si ab hujus ævi Theologo queratur: Quid est ergo æternitas? Est cæculus (dicit) in se recurrens, cujus centrum SEMPER, circumferentia NVNQVAM, hoc est, NVNQVAM FINIRI. Quid est Aeternitas? Est orbis undique rotundus, sui que similis, in quo non est principium nec finis. Quid est Aeternitas? Rota que semper volvitur, & volvetur in omne volubilis ævum. Quid est Aeternitas? Est annus jugiter revolutus, qui ubi moritur & occidit, ibi & renascitur rursusque oritur. Quid est Aeternitas? Fons jugis, in quo per meandros aquæ ad suam semper reflunt originem, ut iterum fluant. Quid est Aeternitas? Perennis scaturigo, juges emanans aquas, sed aquas vel benedictionis suavitatis, vel amarissimas maledictionis. Quid est Aeternitas? Labyrinthus innumeris sese gyris intorquens, qui ingressos perpetuò circumducit, circumagat & perdit. Quid est Aeternitas? Est abyssus spirarum & revolutionum; est spira semper gyrans & circulans in immensum. Quid est Aeternitas? Anguis orbiculatim in se reflexus, caudam ore complectens, qui in sui fine rursus semper incipit, & incipere nunquam desinet. Quid est Aeternitas? Est duratio semper præfens, est unum perpetuum HODIE, quod non transit in præteritum, aut futurum. Quid est Aeternitas? Est ævum ævorum, ait Dionysius, quod non interit, sed eodem modo semper se habet. Quid est Aeternitas? Est principium sine principio, sine medio, sine fine. Est jugis interminatum, semperque inchoans principium: in quo beati beatā vitam continuò auspicantur, novisque voluptatibus perpetuò affluunt: in quo damnati semper moriuntur, postque omnem mortem mortisque luctum, rursus jugiter mori & cum morte luctari incipiunt. Quamdiu Deus erit Deus, tamdiu beati erunt beati, tamdiu regnabunt & triumphabunt; tamdiu damnati infandum ardebunt & clamabunt: Cruciamur in hac flammâ, cruciandi & torquendi æternum.

III. Aeternitatis locus, cur mansio dicatur?

De quo Leo Alexandrinus Pontifex Joannes, summæ pietatis *De quo Leo* vir, ægros vixebat sapiens, socium habebat quādo- *De quo Leo* que Troilum Episcopum, numorū magis quā egrotorum amantem. Huic in aurē insulsiurans Joannes: Amabo, inquit, frater, amicos Christi juvenem. Callidus ad hæc Troilus, & animi morbu vafre dissimulans, pecuniā *De quo Leo* omnem, quam tunc servus rebus emēdis aliis secum ferebat, egenis dari præcepit. Nec ita multo post febriculā *De quo Leo* cepit tentari, quam ei creavit avaritia. Audiit hoc Alexandrinus Patriarcha, & morbi causam, quæ erat, facili conjecturâ assecutus, tantundem argenti, quantum nuper inter ægros distributum, secum ipse ad febrientem *De quo Leo* agulit, & producto nonnulli sermone: Jocabar, inquit, nuper, & æte stipem ægrotis rogabâ, cum ea sermo meo *De quo Leo* deesset, & in bonâ fide mutuos philippeos refero, & gratias ago. Vidit Troilus præsentem monetâ, & mox docilis illa febris remittere, & æstus mitigari, & omnia *De quo Leo* jam melius habere, itaque & ad prandium valentior surgere, & unâ ire ad mensam: secundum meridiem finit.

Tom. I.

que epulis Troilus domi dormire cepit, & suaviter meridiari. Vidit hic per somnium amplissimas aedes, & in earum fronte super januam titulum: Mansio æterna, & dem visio. Requies Troili Episcopi, gaudet somnians, sed mox aliud videt & dolet. Adest qui adductis secū operis seridū imperans: Tollite, inquit, hanc edium inscriptionē, & istam ejus loco suffigite: Mansio æterna, & requies Joannis Archiepiscopi Alexandria, empti libris triginta argenti. Horruit ad somnium istud Troilus, nec vanū esse voluit, & ex avaro atque immidi, multo liberalior in egenos præsertim, evasit. Hoc illi vel in somnis Aeterna illa mansio vita persuasit.

O beatæ mansiones, & ideo beatæ, quia æterna! Quā cupit Christus ut tabernulas nostras, & tuguriola brevituræ fastidiamus, illas amemus, ad illas properemus MANSIONES ATERNAS: In domo patris mei, inquit, mansiones multæ sunt: nemo hinc arceatur nisi a seipso: loquens neminem excludit, longè quā amplissimus, tempus neminē expellit, mansio illic est, & quidē MANSIO AETERNÆ.

O æterne, misericors Deus! o æterna veritas! o vera charitas! o chara æternitas! caritati nostræ sic medere, ut è præsentibus & brevibus temporis agnoscamus futuras, horribiles, æternas pœnas. Ductos & doce nos, ut bona peritura sic possideamus, ne amittamus æterna: commissas noxas sic lugeamus, ut supplicium evadamus æternum; sic nos geramus in hospitio, ne MANSIONIBVS ATERNIS excidamus; sic progrediamur in viâ, ne repellamur à patriâ.

CONSIDERATIO II

In quibus natura representet Aeternitatem.

Aeternitatem ergo agnoverunt etiam idololatræ, Idololatræ qualemcunque illam, quā & per certa signa de agnoverunt. scripserunt, Deus enim illis manifestavit, ita ut sint inexcusabiles. Quāto jam commendatior debet esse hæc cogitatio Christianis, quibus æternitas aliter longè melius depingitur, propter quod inexcusabilis es, o homo, qui quis saluberrimam hanc Aeternitatis memoriam etiam monitus, tradis tamen securæ oblivioſi. Sæpe tibi in oculis sunt annuli & circuli, spherulæ & globi, sellæ & sessorū lectuli, sol & luna oculos identidem incurrunt. Et hæc aspecta Aeternitatis tibi memoriam ingerunt. Sed & Natura ipsa, bona mater, ea in publicum proponit, quorum aspectu auditūque ad Aeternitatem meditantem, invitatis.

Memorat Solinus, Arcadiæ lapidem (Asbestos dicitur) ubi flammæ semina cœcepit, continuis panē ignibus lapis semardere. Idē in delubris olim & sepulchris ex illo lampades cœcinnabantur. Cujus etiam D. Augustinus meminit. Adde Plinium, Volateranum, Dioscoridem, & alios qui mira referunt de lini quodam genere. Varii hoc nominis est, nam Asbestinum, Carystium, Indicum, Linum in- cōsumptibile quod sed & vivum vocatur. Hoc igni non tantum non consumitur, sed lavatur & extergitur. Idē Regum aliquot cadavera rogis injicienda & cremanda, tali linco fuerunt obvoluta, vitandæ consension cinerum, & his ab illis distinguendis. Ex hoc lino mātule habuit Nero, quod Nero ex contra gemmas atque aurum pretiosum, æstimabatur. hoc lino En tibi ducem & magistrā naturam, quæ digito id monstrat quod suam in ignibus mortem non reperiat. Ita damnati omnes ardebunt, & non deſagrabunt, urentur perpetuū, & nunquam consumentur, quærent in his flammis mortem, non reperient. Rectē Amandus exclamat: O ve æternum, nunquam finem habiturum! o finis si- pientia. ne sine, mors gravior omni morte; semper mori, & non posse unquam emori. Ita divinus Isaïas: Ignis eorum nunquam extinguetur. Et Apocalypticus ille angelus: Desiderabunt mori, Apoc. c. 9. & mors fugiet ab eis.

Salamandram in ignibus vivam aliquanto certē tempore durare posse, præter Aristotelem, Plinium, Galienum, Elianum, Dioscoridem, etiam D. Augustinus credidit.

A 2

Consideratio II. de Aternitate.

4

didit. Frigidissimum hoc animal est ex imbris natum; sol & siccitas mors illi sunt, hinc in flammis, Plinius sensu, perinde ut glacies durat. Epelle illius lychni sunt perpetuis lampadibus instruendis. Bonus Deus qui Salamandram è terrâ & luto producit, formavit & hominem ex eodem scilicet auro, sed naturâ longè nobiliori; Minuit eum paullo minus ab angelis: certè, idem illi quod angelis regnum assignavit, post vitæ tirocinium habitandum. Sed homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Suâ ipse malitiâ talem se fecit Salamandram, quæ cit se Salamandram in flammis æternis, seu viveret semper, seu semper moreretur. In igneis illis inferorum ergastulis omnia æterna sunt, sex tamen præcipuè ista.

I. Quenam apud inferos sunt æterna?

Inferni æterna:

1. Damnatæ, Apoc. 9.

2. Carcer,

Damnatæ ad nos cõmeatus fit deo permittente.

Maxima pars hominum damnanda.

Damnati sicut hales in dolio.

Psalm. 48.

3. Ignis nullis sæculis exstinguendus, Matt. 25. Isa. 6. 30. & 34.

Lib. 12 de Civit. c. 23.

4. Vermis conscientia, Isa. 66.

1. **D**amnatæ ipse æternus, immortalis est. Nullus alterum, nec seipsum ullus poterit interimere. *Querent mortem & non inveniunt eam.* Imò hoc ipsum moriendi desiderium, quod scient nunquam explendum, ingens illis tormentum erit.

2. Carcer ipse æternus est: ruere non potest, non effringi, non suffundi. Montibus atque rupibus obstratus est. Hæ feræ atque repagula nimium firma sunt, nulli concessura egressum. Si quis damnatorum ante iudicii diem inde ad nos commeat, Deo id permittere fit, sed suos ille secum inferos circumferet, è cruciatu non immunis. Occurrit hic duorum Theologorum disputatio non vana, de situ locoque corporum apud inferos; illorum alter Geometæ simul non rudis in hunc ferè modum discebat: Certum est è Christi ore maximam hominum partem damnandam, ita ut beatorum pauci sint futuri, ad incredibilem illum numerum damnandorum. Veritatis verba sunt: *Intrate per angustam portam, quia lata porta & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & Multi sunt qui intrant per eam, quàm angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam, & Pauci sunt qui inveniunt eam!* Quælo te, creditur hoc in mundo? num hæc Christi verba esse censetur? Sed ad institutum: terre medium & centrum, inferorum sceler est, & qui possit hæc (enimvero dimetiamur) tot miliones hominum satis capere, nisi dicamus corpus illic à corpore penetrari: non hoc necesse est, ait alter, sed erunt sicut hales in dolio, inter quos archè compressus sal tantum medius est, ita inter damnatos ignis, aut erunt sicut lateres in calcariâ fornace; alter alteri hæret, flammæ vis omnes penetrat. Divina scriptura clarè asseritur, aliâ tamen similitudine: *Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos.* Non erunt ut oves in pascuis, sed sicut in macello jam jugulata, & in cumulum unum projecta. Ergo & damnatorum locus æternus.

3. Non minus æternum est Ignis, ille nullis unquam sæculis exstinguendus. Christus apud Matthæum nimis quàm clarè præmonet: *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* Audis? **ÆTERNUM.** Hunc ira divina suscitatur nunquam sopiendum; *Uias attestatur: Flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam, nocte & die non exstinguetur, in sempiternum ascendet fumus ejus.* Pariter relata sunt, inquit Augustinus, hinc supplicium æternum, inde vita æterna: dicere ergo, vita æterna sine fine erit, supplicium æternum habebit finem, valde absurdum est. Quis cunctabitur plenè converti?

4. **Æquè ac cetera æternum Vermis est, & conscientia.** ob præteritam vitam afflictissima & desperatissima. *Vermis eorum non moritur, prædicit Isaias.* Hoc olim poetæ è factis litteris in Tabulas transtulerunt; quid enim aliud Virgilianus ille Tityus, qui quotidie advolanti vulturi jecur præbet erodendum ac lacerandum, quodque proximâ temper nocte in novam laniam renascitur: quid hoc aliud nisi vermis iste, & conscientia perpetuis moribus discerpenda.

5. Ad eandem spectat æternitatem gehennæ sentina, & Judicis ultima, & omnium novissimum Judicis Christi decretum, decretum, & omnium novissimum Judicis Christi decretum, decretum, & omnium novissimum Judicis Christi decretum, decretum.

Nulla ab hoc ad alium judicem appellatio, aut provocatio, nulla quæ apud Iurisconsultos replica aut triplica, la appellatio.

Quod semel hujus judicis ore pronuntiatum, revocari non potest in omnes omnino æternitates. Mater nostra Romana Ecclesia fideliter nos monet, sæpiusque illud occinit: *Peccantem me quotidie, & non me penitentem, timor mortis conturbat me, quia in inferno nulla est redemptio, nulla, nulla, sed æterna desperatio.* Sanguis Christi, etiam recens fusus in Golgothæ monte, & ad satisfaciendum efficacissimus, ad damnatos tamen non pertingit. Si jugum Domini, inquit Bernardus, jugum penitentis, si tu ve non creditis in seipso; vel hoc non ignoratis, quia suavisimum est comparatione illius, de quo dicitur: *Ite in ignem æternum.*

6. Quod sine caret apud inferos, est pœna damni, quæ cum omni-bus aliis inferorum tormentis & cruciatibus finem nullum habebit, neque enim hic ulla esse potest satisfactio. Et quamvis hæc tormeta durent aliquot mille miliones annorum, tamen nec unicus quidem dies, imò nec hora, nec momentu quieti & respiracioni cõcedetur. Tormetorum quidem varietas erit & vicissitudo, sed in majorè tormento pœnâ & dolore. Christus discretissimè præmonuit per Matthæum non semel: *Fili regni ejicientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium, fletus in igne, dentium stridor in frigore & glacie.* Quæ ratione igitur homo tam sui quodam Dei oblivisci, & quomodo aded in Cogitatio

pecudem degenerare, imò in faxum & rupem indure-scere potest, ut cum inexplicabiles illos & infandos cruciatu æternitate tora duratissos cogitat, nil formidet, non horreat, non sibi ipsi dicat: *Re ipsa in viâ sum ad æternitatem, & forsan via hæc brevi finietur: in gradibus æternitatis jam sedeo, quovis levissimum impulsu hinc præcipitor in immensam voraginem.* Quod si tam molestum & intolerabile videtur, unicâ solum nocte vigilantibus & inœcõnvis oculis, in molli tamen lecto, suspirare & gemere, ob capitis aut alterius membri, ob dentium aut calculi dolores, cum ferè mane vix expectari potest, cum sol in viâ hêrere creditur, cû nox una videtur hebdomas: & tamen in plumis cubatur, spes est mäsuerioris diei, solatium & subsidium à medico expectatur. Ah! quid erit ergo in flammis, mille atque mille & iteru mille annis noctes & dies vigilare, elucere, fûre, ardere, membris omnibus extremè cruciari, refrigerium nullum, quietem nec minimam sperare, desperare omnia, atque sic ustulati & torqueri per infinitas sæculorû myriadas, & finem horum non tantum nullu esse, sed nec ullum sperari posse. Ibi, inquit Thomas de Christi imitatione, erit una hora gravior in pœnâ, quàm hic centum anni in amarissimâ penitentia. Ibi nulla requies est, nulla consolatio damnatis. *O Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tuâ corripias me. Delicta juventutis meæ & ignorantias meas ne memineris.* Petii, nisi parcas ô Deus!

Cur gehenna sit æterna.

Hic adrem nascitur questio à cunctis sciri dignissima, quomodo fieri possit, ut Deus misericors unicu peccatû mortale puniat in omnem æternitatem, & cuius misericordia super omnia opera ejus, nihilominus tamen vel unicum letale peccatum ejus, vel momentu, vel solâ etiam cogitatione patratum, justissimè puniat in omnem p̄teritum æternitatem, ita quidem ut illud nunquam satis puniri queat, & quotquot annorum millia peragantur, tamen nunquam dici possit: jam satis punitum est hoc crimen, jam satisfecit reus iste, jam cogitationem malignam, quâ Deum offenderat, eluit. Et hæc optimorum Theologorum mens est, solam morosam delectationem

Offic. mort. Resp. 1. Sanguis Christi fusus in Golgothæ monte ad damnatos non pertingit.

In inferno una hora gravior annis centu hic in amarissimâ penitentia. Lib. 1. c. 24. Psalm. 6. Psalm. 24.

In inferno una hora gravior annis centu hic in amarissimâ penitentia. Lib. 1. c. 24. Psalm. 6. Psalm. 24.

Consideratio III. de Aternitate.

Delectatio nem mortale peccatum esse. Delectationem moro-
sam vocant eam, cum quis impuram & libidinosam
cogitationem animo volvens, non quidem statim re-
patrare quod cogitat, sed cogitatu illo suo sciens & vo-
lens immoratur & delectatur. Ergo cogitationi unice
rogos aternos Deus decreverit: & quæ hæc aequalitas
est, peccato momentaneo, quod nemini noceat, suppli-
cium aternum statueret: ut quid beatus David vocife-
ratur: *Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æ-*
ternum misericordia eius, ut quid hoc vices septies repe-
tit, si Deus tam severus est? Ad hæc respondet D. Au-
gustinus, D. Gregorius, D. Thomas Aquinas, alii:

Culpam in quovis mortali peccato ex naturâ suâ esse
infinitam, quia peccatum injuria est infinitam Dei
majestatem. Accedit & illud, quod qui moritur pec-
cati letalis conficius, nec doler admitti, tantumdem
facit ac si aternum peccasset, si quidem ei aternum
vivere concessum fuisset. Peccando voluntatem non
amittit iste, sed vitam, semper peccaturus, si semper
victurus; ita non peccare delit, sed vivere. Insu-
per & istud hîc considerandum: damnatum homi-
nem, quantumcunque debitorum persolvat, nunquam
tamen satisfacere. Cum enim ut hostis, apud Deum in
gratiâ non sit, solutio ejus digna non est, quæ acceptetur,
quando nec ipse homo est acceptus: sed nec debi-
torum quidquam persolvit talis, cum nihil faciat, sed so-
lum pariat eas, quibus invitus plectitur, penas. Ab
exemplo res magis patebit. Debat quis vicino mille
philippos, quos ab illo accepit, domum suam censui
perpetuo subiciens, pensum quotannis soluturus. Intra
viginæ annos totidem philippos persolvit vicino,
quot ab eo accepit, num ergo ab omni jam debito li-
ber, nil restat solvendum, totum omnino pecuniâ cap-
tur; quod tam integrè solvendum remanet, ac si nil
unquam fuisset exolutum. Ea enim talium convento-
rum lex est, ut numerata pecuniâ caput semper integ-
rum permaneat, etsi redditus annuus semper persol-
vatur. Sic proflus damnati quidquid demum pœna-
rum persolvant, ære tamen alieno nunquam exeunt.
Aterni debitorum, perpetui Deo tributarii. Itas vari-
cinatur: Et erit fortitudo vestra ut favilla stuppa, & opus
vestrum quasi semilla, & succenderetur utrumque simul & non
erit qui extinguat.

Tiberium Cæsarem olim, narrat Suetonius, in re-
cognoscendis custodiis cuidam pœne maturitatem pre-
cantî respondisse: *Nondum tecum in gratiam redii*. Chri-
stus iustissimus iudex, non tyrannus, non Tiberius est,
sed, etsi damnatus quispiam post mille annos in flam-
mis exactos mortis maturitatem rogaret, idem tamen
ei responderet: *Nondum tecum in gratiam redii*. Roget
hoc idem post alios mille annos, idem audiet: *Nondum
tecum in gratiam redii*. Roget hoc post centum millia an-
norum, non aliud respondebitur. Roget hoc post ali-
quot milliones annorum, idem semper Christus iudex
opponet: *Nondum tecum in gratiam redii*, nec redibo; re-
dire olim volui, gratiam meam millies atque millies ti-
bi obtuli, sed tu repulisti eam. Amicus esse volui, imò
pater, sed tu noluisse filius. Dissimulavi, tacui, ex-
pectavi, quadraginta, quinquaginta, sexaginta annis,
si forsitan mutares animum & vitam, sed nulla secuta est
seria aut constans pœnitentia; depexisti omne consi-
lium meum, & inceptationes meas neglexisti; exosam
habuisti & detraxisti universâ correptioni meæ. Come-
de igitur fructus vite tue, tuisq; consiliis saturare. Ego in in-
teritu tuo ridebo aternum, nec tibi aliud iustitia mea
post infinita sæcula respondebit, quam quod nondum re-
cum in gratiam redierim. O superbi! ô Deus! ô peccatum!
ô præcipitium humani generis, in barathrum tormen-
torum, in Aternitatis luctuosissimam abyssum! sed ju-
stus es Domine, & rectum iudicium tuum. Iustum est, æ-
quum est, ut qui per pœnitentiam oblata nunquam uti

Tom. I.

voluit misericordiâ, per pœnam semper intentatâ pu-
niatur iustitiâ.

III. Alii ad Aternitatem naturâ ductus.

Ed ad naturæ magisterium redeo circa aternitatis
considerationem. Thermae reperiantur in monti-
bus & scopulis, tantâ talique sonantium aquarum col-
lisione & murmure, ut qui illos valetudinem curaturi
conveniunt, si primo thermarum ingressu, certum
symphonie genus, & instrumenta sibi musica se audi-
re imaginentur, tam assiduo fragore aures illis obtun-
dantur, ut musica initio suavissima, imaginatione
diuturna in fastidium & cruciatum abeat: ii verò qui
tympanum sibi, aut sonorum magis instrumentum
imaginati sunt, demum penè infaniant, ob molestissi-
mum assidue obturbantem strepitum. Etiam hîc ad
cogitandam Aternitatem ducimur. Sub montibus illis
inferorum claustris clamor ille, ploratus, fragor, ulu-
latus qui primo ingressu cepit, nunquam desinet, au-
res & non imaginationem tantum cruciabit assidue,
nec assuetudine quidquam hunc mitigari poterit. Ita
è contra inter beatos caeleste illud Trisagion, Sanctus,
Sanctus, Sanctus, non tantum nec minimum radii
creabit, sed novâ semper voluptate audietur.

Christus cum Samaritanâ feminâ collocutus, men-
tionem aternitatis aternæque vitæ ultra quam viget
injecit, & *Qui autem biberit ex aquâ quam ego dabo ei, non
stiet in aternum, sed stiet in eo fons aquæ salientis in vitam
aternam*. Utinam & nos cum Samaritide hos fontes fi-
tremus, & seriis precibus rogaemus: O Domine, da
mihî hanc aquam, ut non sitiam: da, ô Christe vel gut-
tulam hujus aquæ, vel aliquod saltem desiderium atern-
næ vitæ.

Sed aliud habet quod monstret Natura. Anno post
Virginis partum octogesimo primo (uti Suetonius, c. 8.
Dio & Plinius Secundus fusiùs memorant) Calendis
Novembribus, horâ septimâ, ad montem Vesuvium
in Campaniâ horribilis flammarum eruptio facta est,
quam præcessit insula, siccitas, & graves terræ mo-
tûs: auditi etiam subterranei sonitus, velut si tonitrua bilis flam-
mugirent: dein mare fremere & magnum fieri, calum marum e-
omne resonare, quasi montes in conflictum corruer-
rent, tum verò ingentia saxa subilire, mistis fumo
flammisque, ær omnis infici, sol ipse occultari. Un-
de perisique persualum, mundum in chaos redigen-
dum, aut igne absumendum. Tanta namque copia ci-
neris effusa est, ut terram, mare, ærem compleret, ho-
minibus, prædiis, pecoribus maximo illato damno, pi-
scibus atque volucris negatis, duabus urbibus, Her-
culago & Pompeiis, dum populus in theatro specta-
ret, penitus obrutis. Atque hæc aliâque id genus ca-
vernosa præcipitia & montium juga, quæ continuis igni-
bus flagrant, nec tamen unquam consumuntur aut de-
flagrant, viva exempla à Deo hominibus data esse in-
cendii apud inferos. TERNI, quo fontium corpora
semper urentur, nunquam comburentur. Tertullianus
pœ. c. 48. in Minut. in Othavio. Pacian de pœn. & conf.

Ipsum denique tempus nostrum, signum est &
quasi vestigium Aternitatis. Cuperet natura, è signo
signarum disceremus, nostroque tempore Aternita-
tem illam metiremur. Augustinus: *Inter temporalia*,
inquit, & aterna hoc interest, quod temporalia plus ali-
gantur, antequam habeantur, vilescant autem cum non ad-
venerint, non enim satiat animum, nisi incorruptibilis gaudii
vera & certa Aternitas: Aternum verò ardentius diligitur aterna,
adeptum, quam desideratum; quia ibi plus adeptura est cha-
ritas, quam fides credidit, aut spes desideravit. Ah! quomodo
non sorder nobis terra, brevi deferenda, cum calum aspici-
mus, aeterno domino possidendum?

A 3

CON.